Nos, capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendantes tenore presencium significamus, quibus expedit, universis, quod nobilis domina Elizabeth vocata, relicta Iohannis filii Petri de Ogya et Georgius filius eiusdem domine in suis, necnon Iohannis et Ladislai filiorum predicti Iohannis personis, quorum gravamina super se assumebant, coram nobis [perso]naliter constituti organo vive vocis confessi extiterunt in hunc modum, quod quia Petrus filius M[artini] de Chelstw nobilem puellam Anna vocatam, filiam Andree filii Michaelis de dicta Ogya in uxorem matrimonialiter recepisset, ideo ipsi domina Elizabeth, Georgius, I[ohannes] et Ladislaus eidem nobili puelle, sorori patrueli ipsorum, rectam quartam unius sessionis in dicta Ogya a parte superiori et viginti quatuor iugera terrarum arabilium in [dicta] Ogya, necnon similiter rectam quartam partem alterius sessionis in possessione [Magiar] a parte inferiori habitas et adiacencia et in predicta Magiar similiter cum terris arabilibus et aliis quibuslibet utilitatibus et pertinentiis universis ad dictam rectam quartam partem sessionis [spectantibus] et per eam nobilem puellam Annam ipsorum heredibus et posteritatibus universis dedissent et contu[lissent, immo] dede[runt] et contul[erunt coram nobis] tali modo, quod octo iugera terrarum [arabilium] de predictis viginti quatuor iugeribus in iam dicta possessione Ogya habitis ipsa nobilis puella An[na maritusque eius] aut ipsorum heredes pacifice et quiete possideant, sed [sedecim iugera] terrarum de sepe dictis viginti quatuor iugeribus a predictis domina Elizabeth, Georgio, Iohanne et Ladislao et ipsorum heredibus [cum] octo marcis denariorum Hungaricalium parvarum monetarum nunc pro [tempor]e currencium redimere debeant et teneantur. Si vero prefatam puellam Annam sine heredibus ab hac luce decedere contingeret, extunc domina Elizabeth, Georgius, Iohannes et Ladislaus supra dicti aut ipsorum [here]des predictas octo marcas denariorum et viginti

quinque pensas denariorum similiter parvarum monetarum [ei]dem Petro reddere et restituere tenebuntur plene et integre. In cuius testimonium ipsiusque [r]ei memoriam concessim[us litter]as sigilli nostri pendentis et authentici munimine roboratas. Datum feria sexta proxima ante festum Beatorum Simonis et Iude apostolorum anno Domini millesimo trecentesimo nonagesimo septimo.

75.

1399. június 9.

A győri káptalan előtt Olgay Miklós fia Péter fia Miklós — akinek személyét Gwger Jakab győri polgár igazolta — bevallja, hogy Olgay Miklós apja Péter édestestvérét, néhai Erzsébetet, Szapi Leustachy fia László özvegyét megillető hozomány ügyében Héderváry Miklós fia Miklóst kötelessége alól felmenti.

Lyukas papíron (21,7×9,1 cm). Hátlapon kerek pecsét nyoma, levéltári jegyzetek. DL 37501. (Olgay cs. It).

Nos, capitulum ecclesie Iauriensis memorie commendamus, quod Nicolaus filius Petri filii Nicolai de Ogya, de cuius noticia Iacobus Gwger, hospes Iauriensis in terra nobilium de Hedruhvara residens nos assecuravit, coram nobis personaliter constitutus confessus est in hunc modum, quod ipse magistrum Nicolaum filium Nicolai de dicta Hedruhvara super iuribus dotaliciis condem domine Elizabeth vocate, sororis carnalis annotati Petri, patris sui, relicte scilicet condem Ladislai filii Leustachii de Zaap, de universis possessionibus et porcionibus possessionariis eiusdem nunc erga manus dicti magistri Nicolai habitis iuxta regni consuetudi[nem] eidem prov[en]ire^a debentibus reddidisset, immo coram nobis reddidit quitum et expeditum; assumpmens eundem magistrum Nicolaum et suos posteros ab omnibus proximis et consanguineis suis racione predictorum iurium dotaliciorum impetere volentibus semper et ubique defensare propriis suis laboribus et expensis. Datum feria secunda proxima ante festum Beati Barnabe apostoli anno Domini millesimo CCC^{mo} LXXXX^{mo} nono.

^a *Tévesen venire.*

76.

1402. március 29.

A pozsonyi káptalan Olgyay Pál fia András kérésére átírja Szécsi Miklós országbíró 1355. december 19-én kelt privilégiális oklevelét.

Hártyán (38,9×16,7 cm). Hátlapon kerek pecsét nyoma, levéltári jegyzetek. DL 37482. (Olgyay cs. lt.).

Nos, capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus, quod Andreas filius Pauli de Ogya exhibuit nobis quasdam litteras privilegiales condam comitis Nicolai de Zech, iudicis curie olim serenissimi principis domini Lodovici, Dei gracia regis Hungarie etc. felicitis recordacionis petens nos precum cum instancia, ut tenorem earundem de verbo ad verbum in nostris litteris patentibus transscribi facere dignaremur, quarum tenor talis est: *Következik Szécsi Miklós országbíró 1355. dec. 19-i oklevele (ld. 35. sz.).* Unde nos petitionibus prefati Andree annuentes tenorem dictarum litterarum privilegialium prefati condam comitis Nicolai de Zech de verbo ad verbum in presentibus litteris nostris patentibus transscribi fecimus et transsumpti uberiorem ad cautelam. Datum feria quarta proxima post festum Pasce Domini anno eiusdem M^{mo} quadringentesimo secundo.

77.

1405. június 19.

A pozsonyi káptalan előtt Olgyay Pál fia András és Kismagyari László fia Miklós — testvére, Sándor nevében is — kölcsönös megegyezéssel a köztük zajló pert Keresztelő János nyolcadáról Mihály arkangyal nyolcadára halasztják.

Szakadozott papíron (22,1×8 cm). Hátlapon külzet (*Speciali presencie regie maiestatis pro Andrea filio Pauli de Ogya contra Nicolaum et Sandor de Kysmagyar ad octavas festi Beati Michaelis archangelii nunc venturas prorogatoria.*), kerek zárópecsét töredékei, levéltári jegyzetek. DL 37502. (Olgyay cs. lt.).

Nos, capitulum ecclesie Pos[o]niensis damus pro memoria, quod Andreas filius Pauli de Og[y]a ab una, parte vero ab alia Nicolaus filius Ladislai de Kysmagyar pro se personaliter et pro Sandor filio predicti Ladislai de [e]adem, fratre suo uterino cum procuratoriis litteris nostris ad nostram accedentes presenciam per

eosdem propositum extitit et relatum, quod ipsi universas causas inter predictum Andream necnon [pre]fatos Nicolaum et Sandor in presentibus octavis Nativit[ati]s Beati Iohannis Baptiste nunc venturis in presenciam specialem regie maiestatis vertentes de parcium voluntate absque omni gra[v]amine statu in eodem ad octavas festi Beati Michaelis archangeli nunc proxime venturas regiam specialem prorogasse[n]t in presenciam, immo prorogarunt coram nobis vigore presencium mediante. Datum feria sexta proxima ante predictum festum Nativitatis Beati Iohannis Baptiste anno Domini M^{mo} CCCC^{mo} quinto.

78.

1406. október 14., Pozsony

(Silistrongh Erich pozsonyi ispán) megparancsolja a pozsonyi káptalannak, hogy küldje ki hiteles emberét, akinek jelenlétében az egyik szolgabíró vizsgálja meg Olgay Pál fia András feleségének, Erzsébetnek panaszát, mely szerint Illésvatai Miklós fia János állítólag hatalmasul elfoglalta Erzsébetet zálogjogon megillető illésvatai Nagyudvar birtokrészét.

Átírása: Pozsonyi kápt., 1406. dec. 7. DL 37503. (Olgay cs. lt.). Ld. 80. sz. — **Regesztája:** ZsO II/1. 636 p. (5061. sz.)

Amicis suis reverendis, capitulum ecc[lesie] P[osoniensis] amicicium paratam cum honore. Dicitur nobis in personis nobilis domine Elizabeth vocate, consortis Andree filii Pauli de Ogya, quomodo Iohannes filius Nicolai de Elyasuatha quandam porcionem possessionariam Nogoduar vocatam in dicta Elyaswatha habitam ipsam impignoracionis titulo concernentem pro se ipso occupasset et occupata uteretur de presenti potencia sua mediante in preiudicium predictae domine valdemagnum. Super quo vestram amicicium presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente unus ex iudicibus nobilium ab omnibus, quibus incumbit, meram de premissis experiatur veritatem^a. Experta premissorum mera veritate citet prefatum Iohannem filium Nicolai contra annotatam dominam Elizabeth nostram in presenciam ad terminum competentem et posthec ipsarum inquisitionis et citacionis seriem, ut fuerit expediens, terminoque assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum Posonii, secundo die Beati Colomanni martiris anno Domini millesimo quadringentesimo sexto.

^a *Utána quam tandem nobis amicablem rescribatis kihúzva.*

Megj.: A káptalan jelentéséből (ld. 80. sz.) tudjuk, hogy az oklevél kibocsájtója Silistrongh Erich pozsonyi ispán. — Illésvata alatt a mai Illésháza értendő.

79.

1406. október 20.

A győri káptalan előtt Hideghéthy Miklós lánya Anna bevallja, hogy őt Olgyay György fia Miklós nagynyja, Olgyay Tamás fia Miklós felesége hozományát és jegyajándékát, valamint anyja, Ilona leánygyedét illetőleg kielégítette, ezért neki azt a magyar birtokrészt, melyet Olgyay Miklós fiai, György és László 12 márkáért Hideghéthy Miklós fiainak, Jánosnak és Balázsnak elzálogosítottak, majd haláluk után Anna birtokába jutott, visszaadja.

Hártán (26,7×9,7 cm). Hátlapon kerek pecsét nyoma, levéltári jegyzetek. DL 37504. (Olgyay cs. lt.). — **Regesztája:** ZsO II/1. 637. p. (5069. sz.).

Nos, capitulum ecclesie [I]au[riensis] memorie commendamus, quod nobilis domina Anna vocata, filia Nicolai de Hydegheth ab una, parte vero ex altera Nicolaus filius Georgii de Ogya, n[ob]ilis comitatus Poseniensis coram nobis personaliter constituti per eandem dominam confessum extitit atque relatum oraculo vive vocis eo modo, quod quia annotatus Nicolaus filius Georgii de dote et rebus paraffernalibus condam nobilis domine avie sue, consortis Nicolai filii Thome de dicta Ogya ac quarta puellari nobilis domine Elena vocate, matris sue, filie dicti Nicolai filii Thome eisdem de porcionibus possessionariis <in> Ogya prescripta et aliis <existentibus> ad ipsum Nicolaum filium Georgii iure hereditarie successionis a prelibato Nicolao filio Thome derivatis et devolutis eidem domine omnimodam impendit satisfaccionem, ideo ipsa eundem Nicolaum et suos posteros super eisdem commisit quittum et expeditum ac omnio satisfactum. Ceterum ex certa sua sciencia quasdam duas sessiones in Magyar possessione in comitatu Poseniensi predicto existente habitas — per Georgium et Ladislaum filios Nicolai de dicta Ogya Iohanni et Blasio filii Nicolai de Hydegheth pro duodecim marcis impignoratas et per mortem annotatorum Nicolai ac Iohannis et Blasii filiorum eiusdem ad ipsam nobilem dominam condescensas — prelibato Nicolao filio Georgii prescripti pure et simpliciter remisit et relaxavit universas litteras superinde confectas viribus committendo carituras; tali vinculo interserto,

quod si quipiam quicquam accionis vel questionis occasionem premissorum contra ipsum Nicolaum vel suos posteros intentarent, extunc tales in facto calumpnie commutantur eo facto vigore presencium mediante. Datum feria quarta proxima post festum Beati Luce evangeliste anno Domini M^{mo} quadringentesimo sexto.

80.

[1406.] december 7.

A pozsonyi káptalan jelenti Erich Silistrongh pozsonyi ispánnak, hogy parancslevele értelmében kiküldte hiteles emberét, János gombai (?) plébánost Nyéki Péter fia Pál szolgabíróval Olgyay Pál fia András felesége, Erzsébet által Illésvatai Miklós fia János ellen felhozott panasz kivizsgálására, s mivel az beigazolódott, megidézték őt vízkereszt nyolcada utáni péntekre az ispán elé.

Szakadozott és lyukas papíron (21,2×15,4 cm). Hátlapon külzet (*Comiti Pisoniensi pro domina Elizabeth vocata, consorte Andree filii Pauli de Ogy^a contra Iohannem filium Nicolai de Elysuatha ad feriam sextam proximam post octavas Epiphaniarum Domini nunc venturam inquisitoria et citatoria.*), kerek zárópecsét nyoma, levéltári jegyzetek. DL 37503. (Olgyay cs. lt.).

[Nobili] viro Erich Silistrongh, comiti Pisoniensis, amico [i]psorum capitulum ecclesie Pisoniensis continuam a[mi]cicam debito cum honore. Litteras vestras inquisitorias nobis amic[a]biliter directas omni honore, quo decuit, recepimus in hec verba: *Következik Silistrongh Erich pozsonyi ispán 1406. okt. 14-i parancslevele (ld. 78. sz.).* Unde nos amicabilibus petitionibus vestris obtemperantes unacum Paulo filio Petri de Nyek, iudice nobilium nostrum hominem discretum virum dominum Iohannem, plebanum de Goluba^b ad ipsas inquisitionem et citationem faciendam nostro pro testimonio transmisimus fidedignum. Qui postmodum ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt, quod ipsi feria quinta proxima post festum Beati Andree apostoli proxime [preteritum]^l in comitatu Pisoniensi procedendo ab omnibus, quibus decuisset et licuisset, videlicet nobilibus et i[gnobilibus ac alterius] cuiusvis status et cond[icionis] dicti com[it]atus hominibus, palam et oculte diligenter inquirendo omnia [premissa et] quevis premissorum singula sic et eatenus facta fuisse et esse rescivissent^c, prout vestre [nobi]litati dictum extitisset et conquestum et quemadmodum tenor litterarum vestrarum per omnia continet prescriptarum. Scita sic premissorum mera veritate Iohannem filium Nicolai de Elysuatha in facie porcionis sue possessionarie in possessione Elysuatha vocata

habite contra [no]bilem dominam Elizabeth vocatam, consortem Andree de Ogya ad feriam sextam proximam post octavas Epiphaniarum Domini nunc venturam² vestram citassent^d in presenciam. Datum sexto die diei inquisitionis et citacionis ante dictarum anno Domini ut supra³.

^a Így! ^b Bizonyára Gomba helyett. ^c Tévesen rescivisset. ^d Tévesen citasset.

¹ [1406.] dec. 2. ² [1407.] jan. 14. ³ Vö. 78. sz.

81.

[1411.] február 13., Buda

Zsigmond király megparancsolja Pozsony megye bármilyen birtokkal rendelkező lakosának, hogy hajtsák be a pozsonyi ispánnak vagy helyetteseinek az egyik szolgabíró jelenlétében Pozsony megye törvényszéke előtt a pervesztesekre kirótt bírságokat.

Átírása: Pozsonyi kápt., 1411. szept. 1. DL 37505. (Olgay cs. lt.). Ld. 81. sz. — **Regesztája:** ZsO III. 99. p. (134. sz.).

Sigismundus, Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. marchioque Brandenburgensis etc. fidelibus suis, universis et singuli[s] nobilibus ac alterius cuiusvis status et condicionis possessionariis hominibus in comitatu Posoniensi constitutis et existentibus noticiam presencium habituris salutem et graciam. Cum nos universa et quevis iudiciorum gravamina, in quibus vestrum quipiam hacte[nu]s contra sese in sede vestra Posoniensi ordine iudiciario convicti forent et aggravati haberentur, fideli nostro, grate dilec[to] comiti vel vicecomiti vestro dicti comitatus exigere et effective extorqueri facere commiserimus. Fidelitati igitur vestre et cuiuslibet vestrum firmissimis nostris regalibus damus in mandatis, quatenus agnitis presentibus huiusmodi universa iudicia seu birsagiorum onera prefato comiti vel vicecomiti, aut in persona eorundem hominibus ipsorum, presencium scilicet ostensori[bus] onere alias consueto mediante iudice nobilium predicti comitatus plene et integraliter exigere et extorquere seu exigere [et extorqueri] facere presumatis dissimulacione et [p]enitencia quibuslibet in hac parte proculmotis. Secus [non] facturi! Datum Bu[de, fe]ria s[exta] proxima ante f[estum] beati Valentini, martiris, anno [Domini m]illesimo [CCCC^{mo} undecimo].

Megj.: Keltezésének évét az átiró oklevélből tudjuk, ugyanis abban a dátumnál *anno...supra dicto* is fel van tüntetve.

82.

1411. szeptember 1.

A pozsonyi káptalan Olgyay Pál fia András kérésére átirja Zsigmond király 1411. febr. 13-i parancslevelét.

Szakadozott hártán (32,3×22,1 cm). Hátlapon kerek pecsét nyoma, levéltári jegyzetek. DL 37505. (Olgyay cs. It.).

Nos, capitulum ecclesie P[oson]iensis memorie commendamus, quod Andreas filius Pauli de Ogya ad nostram veniendo presenciam exhibuit nobis quasdam litteras serenissimi principis domini Sigismundi, Dei gracia regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. marchionisque Brandenburgensis etc. petens nos humiliter, ut tenorem earundem litterarum regalium de verbo ad verbum transscribi et transsumpti faciendo eidem dare dignemur, quarum tenor is est: *Következik Zsigmond király 1411. febr. 13-i parancslevele (ld. 81. sz.).* [Nos itaque] humilimis et dev[otis] supplicacionibus annotati Andree filii Pauli de [Ogya] annuen[tes] prefatas l[itte]ras an[notati] domini nostri regi[s] de verbo ad verbum transscribi et transsumpti faciendo eidem duximus conced[enda]s. Datum in festo Beati Egidii abbatis anno Domini M^{mo} CCCC^{mo} undecimo supra dicto.

83.

1413. szeptember 8., Visegrád

Rozgonyi Simon országbíró tudatja, hogy Olgyay Pál fia András és az óbudai apácák, akiket Kovácsi Egyed képvisel, a köztük zajló pert kölcsönös egyetértéssel vízkereszt nyolcadára halasztják.

Szakadozott papíron (22,4×7,7 cm). Hátlapon külzet (*Pro Andrea filio Pauli de Ogya contra religiosas dominas sanctimoniales de Veteri Buda ad octavas festi Epiphaniarum Domini prorogatoria.*), kerek zárópecsét töredékei, levéltári jegyzetek. DL 37507. (Olgyay cs. It.).

Nos, comes Simon de Rozgon, iudex curie d[omini] Sigismundi, Dei gracia Romanorum regis semper augusti ac [Hun]g[arie] etc. regis damus pro memoria, quod causam, quam [An]dreas filius Pauli de Ogya personaliter astans contra religi[osas] dominas sanctimoniales de Veteri Buda \et Dominicum^a, Bede, Thomam filium Gregorii et Iohannem Silas, homines ipsarum {eiusdem}/, pro quibus [E]gidius de Kovachy cum procuratoriis litteris earundem comparuit i[u]xta continenciam litterarum nostrarum evocatoriarum^b super factis in eisdem contentis in octavis festi Beati Iacobi apostoli movere habebat, coram nobis de parciis [vo]l[unt]ate ad octavas festi Epiphaniarum Domini nunc ve[nt]uras {nunc venturas} duximus prorogandam. Da[tu]m [in] Vissegrad, tricesimo nono die termini prenotati anno Domini millesimo quadragintesimo tredecimo.

Hátlapi perbeli feljegyzés: [...] pro a(ctore) Georgius [...]den. XII, de regio ad personalem presenciam regie maiestatis domini, ubi tunc intra ambitum regni sui personaliter fuerit constitutus, ad commissionem litteratoriam regie proxim[...] iudi[...]. *Külzet alatt kétszer:* Contra non venit.

^a *Bizonytalan olvasat.* ^b *Utána et capituli ecclesie Possoniensis rescripcionalium kihúzva.*

Megj.: Az itt említett oklevelekről, t. i. az országbíró idéző parancsáról és káptalan jelentéséről — amit, igaz, az írnok kihúzott — nem közlök külön regesztákat, mivel egyrészt jelentéktelenek, másrészt tartalmukról keveset tudunk.

84.

1416. április 10.

A pozsonyi káptalan előtt Budafai Péter fia János felesége, Ilona — Kisjókai Demeter fia néhai Mihály lánya — nevében bevallja, hogy Olgyay György fia Miklós Ilonát hozományra, jegyajándéka és leánynegyede ügyében kielégítette, ezért felmenti kötelességei alól.

Szakadozott papíron (21,6×10,2 cm). Hátlapon kerek pecsét töredékei, levéltári jegyzetek. DL 37506/1. (Olgyay cs. lt.). — **Másolata:** DL 37506/2. (Uo.). — **Regesztája:** ZsO V. 476. p. (1760. sz.).

Nos, capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus, quod Iohannes filius Petri de Bwdafalwa nomine et in persona nobilis domine Elene, filie

condam Michaelis filii Demetrii de Kysilka, consortis videlicet sue, cum litteris procuratoriis comitis Psoniensis coram nobis astitit, onus et gravamen eiusdem domine super se assumptendo ministerio vive vocis fatebatur in hunc modum, quod ipse super iuribus prefate domine Elene, scilicet dote et rebus paraffernalibus ac quarta puellari de porcionibus possessionariis Nicolai filii Georgii de Ogya in eadem Ogya ac Kysmagyar et Eghazasmagyar et aliis ubilibet habitis dicte domine iuxta regni consuetudinem provenire debentibus, de quibus memoratus Nicolaus sibi in persona prefate domine omnimodam impendisset satisfaccionem. Unde ipse eundem Nicolaum et ipsius heredes universos super dictis iuribus ante dicte domine, consortis sue reddidisset et commisisset expeditos, immo reddidit et commisit expeditos, quietos, solutos et modis omnibus satisfactos nostri in presencia harum nostrarum testimonio litterarum mediante. Datum feria sexta proxima ante dominicam Ramis palmarum anno Domini millesimo CCCC^{mo} sedecimo.

85.

1419. június 7., Székesfehérvár

Zsigmond király megparancsolja a pozsonyi káptalannak, hogy küldje ki hiteles emberét, akinek jelenlétében az egyik királyi ember vizsgálja meg Olgay Pál fia András és fiai, Péter, Mihály és Pál panaszát az óbudai apácák csallóközi officilálisa, György mester familárisa, Balázs ellen.

Átírása: Pozsonyi kápt., 1419. július 3. DL 37508. (Olgay cs. lt.). Ld. 86. sz. — **Kiadása:** BTOE III. 40. p. (749. sz.), kihagyásokkal és hibákkal. — **Regesztája:** ZsO VII. 178. p. (612. sz.).

Sigismundus, Dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie etc. rex fidelibus suis, capitulo ecclesie Psoniensis salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis Andree filii Pauli, P[e]tri, Michaelis et Pauli filiorum eiusdem de Ogya, quomodo Blasius, familiaris magistri Georgii de Veteri Buda, officialis religiosarum dominarum [sa]nctimonialium claustrum Beate Virginis in eadem fundati^a per ipsas in possessionibus earum in Challockwz existentibus constituti temporibus iam tran[s]actis ex consilio et permissione dictorum domini et dominarum religios[arum] Andream filium Iohannis de Felsewianyk ad porcionem earum [possessio]nariam Oldy vocatam adduci faciendo ibique non modicas terras arabiles occupari, necnon fenum falcatum magne quantitatis

per eundem Andream prohibi fecisset, propter quod iidem centum florenorum dampna perpassi extitissent potencia mediante. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quat[enu]s vestrum mittatis hominem, pro testimonio fidedignum, quo presente^b Iacobus filius Stephani de Zaz, vel Blasius filius [...], sin Iohannes filius Demetrii de Wduarnok, a[liis] absentibus homo noster ab omnibus, quibus incumbi[t, meram de premissis] e[x]periatur veritatem, quam tandem \nobis/ fideliter rescribatis. Datum Albe, feria quarta proxima post festum Penthecostes, [anno Domini millesimo] quadringentesimo decimo nono.

^a *Tévesen fundate.* ^b *Utána Stephanus [fil]ius Iacobi kihúzva.*

86.

1419. július 3.

A pozsonyi káptalan jelenti Zsigmond királynak, hogy parancslevele értelmében Szászi István fia Jakab királyi emberrel kiküldte hiteles emberét, Mihály magyari plébánost (Olgyay Pál fia András és fiai, Péter, Mihály és Pál nevében az óbudai apácák csallóközi officilálisa, György mester familárisa, Balázs ellen felhozott) panasz kivizsgálására, ami beigazolódott.

Szakadozott és lyukas papíron (31,4×17,9 cm). Hátlapon kerek pecsét nyoma, levéltári jegyzetek. DL 37508. (Olgyay cs. lt.).

Serenissimo prin[cipi domino Sigismundo], Dei gracia Romanorum regi semper augusto ac Hu[ngarie etc.] regi, domino ipsorum gracioso capitulum ecclesie Posoniensis, oraciones in Domino pias ac devotas pro vestra vita pariter et salute. Litteras vestre seren[itatis] inquisitorias nobis directas sumpma cum reverencia et obediencia, qua decuit, recep[im]us in hec verba: *Következik Zsigmond király 1419. június 7-i parancslevele (ld. 85. sz.).* Nos enim mandatis vestre [s]erenitatis in omnibus obedire cupientes, ut tenemur, unacum [prefa]to Iacobo filio Stephani de Zaz, homine vestro nostrum hominem, videlicet discretum virum dominum Michaellem, plebanum de Magyar ad premissa peragenda nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum. Qui tandem exinde \ad nos/ reversi nobis uniformiter retulerunt, quod prefatus homo vester presente dicto nostro testimonio feria secunda proxima ante festum Beati Ladislai regis proxime preteritum¹ in comitatu Posoniensi procedendo ab omnibus, quibus decuisset et licuisset, nobilibus et ignobilibus ac alterius [cuiusv]is status et condicionis dicti

comitatus hominibus palam et oculte diligenter inquirendo^a omnia premissa et singula premissorum sic [et] eatenus facta et perpetrata rescivisset, prout vestre dictum extitisset maiestati et quemadmodum tenor litterarum vestrarum per omnia contineret [prescri]ptarum. Datum octavo die diei inquisitionis premissis anno \Domini/ supra dicto².

^a *A kéziratban inquerendo.*

¹ [1419.] jún. 26. ² Vö. 85. sz.

87.

1420. március 23.

A pozsonyi káptalan előtt Olgyay Péter fia Miklós — fiai, Mátyás és Márton nevében is — bevallja, hogy mivel Doborgazi Csömör András özvegyét, Margitot feleségül vette és kiskorú fiait, Jánost és Pált is javaikkal együtt magához fogadta, ezért kötelezi magát és utódait a leírt feltételek betartására Margit fiainak nagykorúsága betöltése esetén.

Szakadozott és lyukas papíron (30×13,5 cm). Hátlapon kerek pecsét nyoma, levéltári jegyzetek. DL 37509. (Olgyay cs. lt.). — **Regesztája:** ZsO VII. 358. p. (1530. sz.).

Nos, capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus, quod Nicolaus filius Petri de Ogya sua et Math[ie] e[t] Martini filiorum suorum in personis, quorum onera et gravamina, [si] in infra scriptis persistere nollent, super se assumpmendo ad nostram veniendo presenci[am mi]nisterio vive vocis confessus est isto modo, quod quia ipse honestam [domin]am Margaretha vocatam, relictam Andree dicti Chemer de Dobrogaz, nunc [in] con[sor]tem legitimam duxisset et Iohannem ac Paulum filios eiusdem [domin]e a dicto Andrea procreatos, ut dixit, in tenera etate constitutos cum quibusdam ce[r]tis rebus et bonis ad se recepisset, pro eo ipse assumpsisset, [immo] nominibus, quibus supra, coram nobis assumpsit, ut quandocumque dicti Iohannes et Paulus [fil]ii prenati Andree adultam pervenerint etatem, pro dictis rebus [et] bonis quadraginta septem libras parvas — quamlibet libram octuaginta dena[riis] nove monete regalis nunc currentis computando — eisdem dare [et s]olvere teneatur; tali vinculo mediante, quod si idem Nicolaus vel ipso ab hac luce decedente annotati Mathias et Martinus aut eorum alter pres[criptas] quadraginta septem libras parvas ante

fatis Iohanni et Paulo absque litigion[a]rio processu persolvere non curaverint, extunc in sex marcis [denariorum] — quamlibet marcam quadringentis denariis prescripte nove monete regalis tunc currentis computando — ante litis ingressum deponendis con[vincerent]ur et convinci debeant, insuper dictas quadraginta septem libras compoti prescrip[ti] memoratis Iohanni et Paulo plene et integre persolvere teneantur eo facto. Ad quod se sepe fatus Nicolaus suo et Mathie ac [Martini] filiorum suorum predictorum nominibus spontanea obligavit coram nobis voluntate testimonio presencium mediante. Datum sabbato proximo ante d[omonicam] Iudica anno Domini millesimo quadringentesimo vicesi[m]o.

88.

(1421. február 24. előtt)

Olgay Csúnya András 28 fontért 8 olgyai jobbágytelket Előtejedi Pál fia Miklósnak elzalogosít.

Említése: Pozsonyi kápt., 1426. dec. (13. előtt). Ld. **94.** sz.

Megj.: Zsigmond király 1421. febr. 24-én megparancsolta a pozsonyi káptalannak, hogy iktassa be Tédi Pál fia Miklóst egy olgyai birtokrészbe, mely őt zálogjogon megilleti (ld. **89.** sz.). Mivel a csallóközi Tejed falvakat gyakran nevezik az oklevelek Tédnek, valószínű, hogy itt Előtejedi Miklósról van szó, a bizonyos olgyai porció pedig az említett, Csúnya András által elzalogosított 8 jobbágytelek, melyeket fia, Péter Miklóstól 1426-ban visszaváltott (ld. **94.** sz.). Ennek tükrében a zálogosító oklevél az iktatóparancs előtt kelt, tehát 1421. febr. 24-e előtt. Kiadója ismeretlen, mert a pozsonyi káptalan csak *certis litteris*-t említ.

89.

1421. február 24., Buda

Zsigmond király megparancsolja a pozsonyi káptalannak, hogy küldje ki hiteles emberét, akinek jelenlétében az egyik királyi ember iktassa be Tédi Pál fia Miklóst az őt zálogon megillető olgyai birtokrészbe.

Átírása: Pozsonyi kápt., 1421. ápr. 16. DL 37510. (Olgay cs. lt.). Ld. **90.** sz. — **Regesztája:** ZsO VIII. 87. p. (216. sz.)

Sigismundus, Dei gracia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex fidelibus suis, capitulo ecclesie Poseniensis salutem et gratiam. Dicitur nobis in persona Nicolai filii Pauli de Thed, quomodo ipse in dominium cuiusdam porcionis possessionarie in possessione Ogya vocata in comitatu Poseniensi existenti habite ipsum iure impignoraticio contingentis legitime vellet introire. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Dionisius filius Laurencii de Hydegheth, sive Georgius filius Stephani, sin Laurencius filius Lewkus de Chenkez, aliis absentibus homo noster ad faciem dicte porcionis possessionarie vicinis et commetaneis eiusdem inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatum Nicolum in dominium eiusdem statuatque eandem eidem cum cunctis utilitatibus et pertinenciis iure sibi incumbenti possidendam, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra eundem Nicolaum nostram in presenciam ad terminum competentem rationem contradiccionis eorum reddituros; et posthec ipsarum introduccionis et statucionis seriem cum nominibus contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria secunda poxima post dominicam Oculi anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo primo.

90.

1421. április 16.

A pozsonyi káptalan jelenti Zsigmond királynak, hogy parancslevele értelmében kiküldte hiteles emberét, Gál szentmihályfai plébánost, akinek jelenlétében Csenkei István fia György királyi ember beiktatta Tédi Pál fia Miklóst az őt zálogjogon megillető olgyai birtokrészbe.

Lyukas papíron (22,5×13,9 cm). Hátlapon kerek pecsét nyoma, levéltári jegyzetek. DL 37510. (Olgay cs. lt.). — **Regesztája:** ZsO VIII. 134. p. (419. sz.).

Serenissimo principi domino Sigismundo, Dei gracia Romanorum regi semper augusto ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. regi, domino ipsorum gracioso capitulum ecclesie Poseniensis oraciones in Domino devotas perpetua cum fidelitate. Litteras vestre serenitatis statutorias nobis preceptive directas omni cum reverencia et obediencia noveritis nos recepisse in hec verba: *Következik Zsigmond király 1421. febr. 24-én kelt parancslevele (ld. 89. sz.).* Unde nos

preceptis et mandatis eiusdem vestre serenitatis in omnibus obedire cupientes, uti ex debito tenemur, unacum prefato Georgio filio Stephani de Chenkez homine vestro nostrum hominem, videlicet dicretum virum dominum Gallum, plebanum de Zentmihalfolua ad premissa mandata vestra fideliter exequenda nostro pro testimonio fidedignum duximus transmittendum. Qui tandem ad nos exinde reversi nobis concorditer retulerunt, quod idem homo vester presente iam dicto nostro testimonio feria quarta proxima post dominicam Quasi modo proxime preteritam¹ ad faciem dicte porcionis possessionarie in possessione Ogya vocata habite vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo prefatum Nicolaum filium Pauli de Thed in dominium introduxisset statuissetque eandem eidem cum cunctis utilitatibus et pertinenciis iure impignoratio sibi incumbenti possidendam tribus diebus continuis in facie eiusdem perseverando nullo penitus contradictore inibi apparente. Datum quindecimo die diei introduccionis et statucionis premissarum anno Domini superius expresso².

¹ [1421.] ápr. 2. ² Vö. 89. sz.

91.

1422. február 6.

A pozsonyi káptalan előtt Egyházassúri Pál fia György felesége, Ilona — Magyarbéli Miklós fia János lánya — nevében bevallja, hogy Ilona nagymamájának néhai Olgyay Albert olgyai birtokrészéből járó leányegyed és hozomány ügyében Olgyay Péter fia Miklóst felmenti kötelességei alól.

Szélein szakadozott papíron (22,4×11,1 cm). Hátlapon kerek pecsét nyoma, levéltári jegyzetek. DL 37511/1. (Olgyay cs. lt.). — **Másolata:** DL 37511/2. (Uo.).

Nos, capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus, quod Georgius filius Pauli de Eghazassur in persona nobilis domine Elena vocate, consortis sue, filie videlicet Iohannis filii Nicolai de Magerbel, cum litteris procuratoriis nostris ad nostram veniendo presenciam ministerio vive vocis confessus est eo modo, quod ipsa domina Elena Nicolaum filium Petri de Ogya de et super iuribus, quartalicio scilicet, puellari et dotalicio, condam domine matris prefati Iohannis filii Nicolai, avie sue de porcione^a possessionaria condam Alberti de [dic]ta Ogya in eadem Ogya habita, nunc apud manus predicti Nicolai filii Petri existente,

de regni huius consuetudine provenire debentibus reddidisset et commisisset expeditum, immo memoratus Georgius vigore procuratorio premissis reddidit et commisit expeditum, quitum, solutum et modis omnibus satisfactum coram nobis testimonio presencium mediante. Datum in festo Beate Dorothee virginis et martiris anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo secundo.

^a *Utána sua kihúzza.*

92.

1423. június 5.

A pozsonyi káptalan előtt Jókai András fia Pál és Balázs fia Lőrinc — aki felsorolt rokonait is képviseli — bevallják, hogy Olgyay Buhtus fia Tamás néhai feleségének hozománya és jegyajándéka, valamint e Tamás néhai lánya, Barbara leánynegyede ügyében Olgyay György fia Miklóst felmentik kötelességei alól.

Szakadozott és lyukas papíron (21,7×10 cm). Hátlapon kerek pecsét nyoma, levéltári jegyzetek. DL 37512/1. (Olgyay cs. lt.). — **Másolata:** DL 37512/2. (Uo.). — **Regesztája:** ZsO X. 310. p. (733. sz.).

Nos, capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus, quod Paulus filius Andree de Ilka personaliter et Laurencius filius Blasii de eadem similiter personaliter pro se ac pro domina Margaretha, sorore sua, necnon Blasio et Nicolao filiis Andree filii Petri de dicta Ilka, a condam domina Elizabeth vocata, similiter sorore sua procreatis sine litteris procuratoriis onera tamen eorundem in infra scriptis super se recepit, ad nostram veniendo presenciam ministerio vive vocis confessi sunt, quod ipsi Nicolaum filium Georgii de Ogya super dote et rebus paraffernalibus condam domine, consortis Thome filii Bwhwts de dicta Ogya ac quarta puellari condam domine Barbare, filie eiusdem Thome filii Bwhwts, necnon aliis iuribus earundem de porcione possessionaria ipsius Thome in prescripta possessione Ogya habita, nunc apud manus dicti Nicolai filii Georgii existentis iuxta regni huius consuetudinem provenire debentibus reddidissent et commisissent expeditum, immo reddiderunt et commiserunt expeditum, quitum, solutum et modis omnibus satisfactum coram nobis harum litterarum nostrarum testimonio mediante. Datum sabbato proximo post festum Sacratissimi Corporis Christi anno eiusdem millesimo quadringentesimo vigesimo tercio.

93.

1426. május 31.

A pozsonyi káptalan előtt Doborgazi Miklós fia András fia János — akinek személyét ugyanoda valósi Csömör István igazolta — testvére, Pál nevében is nyugtatja mostohaapját, Olgyay Péter fia Csege Miklóst afelől, hogy az általa használt és megőrzésre hagyott javaikat nekik visszaadta.

Szélein szakadozott papíron (22,6×7,6 cm). Hátlapon kerek pecsét nyoma, levéltári jegyzetek. DL 37513/1. (Olgyay cs. lt.). — **Másolata:** 1-2. DL 37513/2-3. (Uo.). — **Regesztája:** ZsO XIII. 241. p. (644. sz.).

Nos, capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus, quod Iohannes filius Andree filii Nicolai de Doborgaz, de cuius noticia personali Stephanus dictus Chemer de eadem nos assecuravit, in sua et Pauli, fratris sui uterini personis, cuius onus in se recepit, ad nostram veniendo presenciam ministerio vive vocis confessus est, quod ipse Nicolaum dictum Chege filium Petri de Ogya de et super restitutione rerum et bonorum ipsorum a prefato Andrea filio Nicolai in ipsos devolutarum et redundatorum^a mortuo eodem Andrea, patre eorum actenus^b per ipsum Nicolaum dictum Chege, vitricum^c ipsorum tentarum, conservatarum et gubernatorum reddidissent et commisissent expeditum, immo memoratus Iohannes nominibus, quibus supra, reddidit et commisit expeditum, quittum et modis omnibus satisfactum coram nobis harum litterarum nostrarum testimonio mediante. Datum secundo die festi Sacratissimi Corporis Christi anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo sexto.

^a *Utána* acce áthúzva. ^b *Olvasd* hactenus. ^c *Tévesen* vitrico.

94.

1426. december (13. előtt)

A pozsonyi káptalan előtt Előtejedi Pál fia Miklós bevallja, hogy Olgya Csúnya András fia Péter azt a 8 olgyai jobbágytelket, melyeket apja Miklósnak 28 fontért elzálogosított, tőle visszaváltotta, s efelől Pétert nyugtatja.

Lyukas papíron (21,7×9,9 cm). Hátlapon kerek pecsét nyoma, levéltári jegyzetek. DL 37514. (Olgyay cs. lt.). — **Regesztája:** ZsO XIII. 493. p. (1522. sz.).

Nos, capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus, quod Nicolaus filius Pauli de Elewteyed ad nostram personaliter veniendo presenciam ministerio vive vocis confessus est, quod quia Petrus filius Andree dicti Chwna de Ogya viginti octo libras — quamlibet libram ducentis et quadraginta denariis monete regalis nunc currentis computando — pro quibus scilicet prefatus Andreas dictus Chwna, pater ipsius Petri temporibus retroactis quasdam octo sessiones suas iobagonales in dicta Ogya existentes mediantibus certis litteris exinde confectis¹ sibi pignori obligarat, persolvisset plene et integre, pro eo ipse memoratum \Petrum/ super huiusmodi solucione dictarum viginti octo librarum compoti prescripti reddidisset et commisisset expeditum, quittum et satisfactum dictasque sessiones simulcum earundem utilitatibus et pertinenciis universis actenus^a per ipsum, ut prefertur, pro pignore tentis prefato Petro remisisset et resignasset, immo remisit [et resignav]it coram nobis manus suas de [e]isdem penitus excipientes testimonio presencium me[diante. Datum ...] ante festum Beate Lucie virginis anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo sexto.

^a *Olvasd* hactenus.

¹ *Ld. 88. sz.*

95.

1429. május 12., Pozsony

Zsigmond király megparancsolja a pozsonyi káptalannak, hogy hiteles embere jelenlétében a kijelölt királyi emberek egyike figyelmeztesse Olgyay András fia Pált, hogy annak a 8 olgyai jobbágyteleknek, melyeket apja néhai Olgyay Péternek elzálogosított, s ennek özvegye, Erzsébet kényszerből hajtva most el akarja zálogosítani, a visszaváltási joga őt illeti meg. Ha nem él vele, Erzsébet szabadon dönthet, kinek zálogosítja el.

Átírása: Pozsonyi kápt., 1429. május 31. DL 37515. (Olgyay cs. lt.). Ld. 96. sz.

Sigismundus, Dei gracia [Rom]anorum rex semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex f[ideli]bus nostris, capitulo ecclesie Posoniensis salutem et graciam. [Dicitur nobis in per]sona nobilis domine Elizabeth vocate, relicte condam Petri de Ogya, quomodo i[psa pro q]uibusdam suis necessitatibus ipsam ad presens urgentibus cum [... e]isdem octo sessiones

iobagionales in eadem possessione Ogya in comitatu Posoniensi existente habitas, alias prefato condam Petro, domino et marito suo [per An]dread filium Pauli pro certa pecunie summa impignoratas pro eadem pecunie summ[a, pro] qua ipse octo sessiones iobagionales ipsi Petro existunt i[mpi]gnorate, aliis vellet impignorare. Que quidem octo sessiones iobagionales Paulo f[ilio] Andree de dicta Ogya magis quam aliis ad redimendum pertinerent. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem [pro] testimonio fidedignum, quo presente Michael filius Sandrini de Kys[ma]gyar, sin Laurencius seu Iohannes filius Georgii de Chenkezfoua, sive Georgius filius Petri de dicta Kysmagyar, aut Laurencius filius Laurencii de dicta Chenkezfoua, aliis absentibus homo noster ad prefatum Paulum filium Andree accede[nd]o ammoneat eundem verbo nostro, ut ipse prescriptas octo session[es] iobagionales in dicta possessione Ogya habitas per prefatum condam Andream filium Pauli annotato Petro, domino et marito scilicet memorate domine Elizabeth, pro certa pecunie summa impignoratas ab eadem domina Elizabeth pro eadem pecunie summa, pro qua existunt impignoratae, redimere et ad se recipere debeat [et] teneatur, alioquin ipsas octo sessiones iobagionales ipsi domine Elizabeth pro ipsa pecunie summa, pro qua — ut premittitur — dicto Petro, domino scilicet suo, existunt impignoratae, aliis, quibus voluerit, impignorandi liberam permittat facultatem; et posthec huiusmodi ammonicionis seriem, ut fuerit expediens, nobis fideliter rescribatis. Datum Posonii, feria quinta proxima ante festum Penthecostes anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo nono, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XL^m, Romanorum XIX^o et Bohemie nono.

Megj.: A káptalani jelentés (ld. 96. sz.) szerint a parancslevél a király titkospecsétjével volt megpecsételve.

96.

1429. május 31.

A poszonyi káptalan jelenti Zsigmond királynak, hogy parancslevele értelmében kiküldte hiteles emberét, akinek jelenlétében Kismagyari Péter fia Gergely Poszonyban figyelmeztette Olgyay András fia Pált, hogy annak a 8 olgyai jobbágyteleknek, melyeket apja néhai Olgyay Péternek elzálogosított, s ennek özvegye, Erzsébet kényszerből hajtva most el akarja zálogosítani, a visszaváltási joga őt illeti meg. Pál azt válaszolta, hogy addig nem váltja vissza, amíg nem látja, Erzsébet

milyen jagon bírja az említett jobbágytelkeket, és másoknak nem zálogosíthatja el azokat.

Szakadozott és lyukas papíron (31×19,3 cm). Hátlapon kerek pecsét töredékei, levéltári jegyzetek. DL 37515. (Olgyay cs. lt.).

Serenissimo principi domino Sigismundo, [Dei] gracia Romanorum regi semper augusto ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. regi, domino ipsorum gracioso capitulum ecclesie Posoniensis oraciones in Domino devotas perpetua cum fidelitate. Litteras vestre serenitatis secreto [sigi]llo vestro consignatas nobis preceptorie loquentes summa cum reverencia et obediencia [no]veritis nos recepisse in hec verba: *Következik Zsigmond király 1429. máj. 12-i parancslevele (ld. 95. sz.).* Unde nos preceptis et mandatis vestre serenitatis in omnibus obedire cupientes, ut ex debito tenemur, unacum prefato Georgio filio Petri de Kysmagyar, homine vestro nostrum hominem, videlicet discretum Eliam, concanonicum nostrum ad premissa [ma]ndata vestra fideliter exequenda nostro pro testimonio fidedignum duximus destinan[dum]. Qui tandem ad nos exinde reversi nobis concorditer retulerunt, [quod ipsi] die dominico proximo post festum Sacratissimi Corporis Christi nunc proxime preteritum¹ ad prefa[tum] Paulum filium Andree de dicta Ogya in civitate Poso[niensi ...] repertum accessissent eiusdemque verbo vestre maiestatis ammonuissent, ut ipse prescriptas octo sessiones iobagionales in dicta possessione Ogya [habit]as per prefatum condam Andream filium Pauli annotato Petro, domino et marito memorate domine Elizabeth pro certa pecunie summa impignoratas ab [e]adem domina Elizabeth pro eadem pecunie summa, pro qua impignorata existunt, redimere et ad se recipere deberet et teneretur, alioquin ipsas octo sessiones iobagionales pretacte domine Elizabeth pro ipsa pecunie summa, pro qua — ut premittitur — dicto Petro existunt impignorate, aliis, quibus voluerit, impignorandi liberam permetteret facultatem. Qui quidem Paulus filius Andree respondisset, quod ipse prescriptas sessiones octo iobagionales ad presens redimere nolle posset neque vellet, nisi prius, quo iure dicta domina easdem teneret, videret², ipsi eciam domine sepe fatas sessiones aliis impignorandi liberam non permisisset facultatem. Datum tercio die diei execucionis premissis anno Domini superius expresso².

^a *Stiliztikailag jobban illene a nisi prius után.*

¹ [1429.] máj. 29. ² Vö. 95. sz.

1436. február 28., Buda

Zsigmond király megparancsolja a pozsonyi káptalannak, hogy küldje ki hiteles emberét, akinek jelenlétében a kijelölt királyi emberek egyike iktassa be néhai Tejedi Varjú Miklós özvegyét és lányát, Orsolyát Olgyay Csúnya András fia Pál 4 jobbágytelkének birtokába, melyek őket zálogjogon megilletik.

Átírása: Pozsonyi kápt., 1436. márc. 22. DL 37516. (Olgyay cs. lt.). Ld. **98.** sz.

Sigismundus, Dei gracia Romanorum imperator semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex fidelibus nostris, capitulo ecclesie Posoniensis salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis nobilium dominarum relicte ac Ursule, filie condam Nicolai dicti Wariu de Theyed, quomodo ipse in dominium quatuor sessionum iobagonalium Pauli filii Andree dicti Chuna de Ogya in eadem Ogya in comitatu Posoniensi existencium et habitarum, in quibus nunc provida domina, relicta Laurencii Kakas ac Andreas Kapas, necnon Blasius Zeuthe et Iohannes Kegelmes residerent, ipsas titulo pignoris concernencium legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Blasius vel Iohannes filii Michaelis de Naghaban, vel Ladislaus filius Bricii de Naghmad, aut Nicolaus filius Michaelis de eadem, sin Petrus filius Nicolai de Poldaeathy, seu Barthal filius Ladislai de eadem, aliis absentibus homo noster ad faciem predictae possessionis Ogya consequenterque dictarum quatuor sessionum iobagonalium annotati condam Pauli in eadem habitarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatas dominas relictam ac Ursulam, filiam annotati condam Nicolai Wariu in dominium earundem statuatque easdem eisdem premissis titulo pignoris titulo ipsis incumbenti possidendas, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra easdem dominas relictam ac Ursulam, filiam pretacti condam Nicolai Wariu nostram in presenciam ad terminum competentem rationem contradiccionis eorum reddituros; et posthec ipsarum introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorum et commetaneorum, qui eidem statucioni intererunt, nominibus ac termino assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Bude, feria tertia proxima post dominicam Invocavit anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo sexto, regnorum nostrorum anno Hungarie etc. XLIX, Romanorum XXVI, Bohemie XVI, Imperii vero tercio.

Megj.: A káptalani jelentés (ld. 98. sz.) szerint a parancslevél a király titkospecsétjével volt megpecsételve, és papírra íródott.

98.

1436. március 22.

A pozsonyi káptalan jelenti, hogy Zsigmond király parancslevele értelmében kiküldte hiteles emberét, Aspmer János kanonokot, aki Nagymadi Berec fia László királyi emberrel beiktatta néhai Tejedi Varjú Miklós özvegyét és lányát, Orsolyát Olgyay Csúnya András fia néhai Pál 4 jobbágytelkének birtokába, melyek őket zálogjogon megilletik.

Hártyán (34,2×18,7+4,7 cm). Függetlenpecsétje zsinórostul elveszett. Hátlapon levéltári jegyzetek. DL 37516. (Olgyay cs. lt.).

Universis Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris capitulum ecclesie Posoniensis salutem in salutis Largitore. Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras serenissimi principis domini, domini Sigismundi, Dei gracia Romanorum imperatoris semper augusti ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. regis, domini nostri graciousissimi introductorias et statutorias secreto sigillo suo consignatas pro nobiles dominabus relicta ac Ursula, filia condam Nicolai dicti Wariu de Theyed in papiro exortas nobis preceptorie loquentes summa cum reverencia et obediencia recepimus in hec verba: *Következik Zsigmond király 1436. febr. 28-i parancslevele (ld. 97. sz.).* Unde nos preceptis et mandatis prefati domini nostri imperatoris in omnibus obedire cupientes, ut tenemur ex debito, unacum prefato Ladislao filio Bricii de Naghmad, homine suo nostrum hominem, videlicet honorabilem dominum Iohannem Aspmer, socium et concanonicum nostrum ad infra scriptas introduccionem et statucionem faciendas nostro pro testimonio fidedignum duximus destinandum. Qui tandem ad nos exinde reversi nobis concorditer retulerunt, quod ipsi feria quinta proxima ante festum Beati Gregorii pape nunc proxime preteritum¹ ad faciem predictae possessionis Ogya consequenterque dictarum quatuor sessionum iobagionalium annotati condam Pauli in eadem habitarem vicinis et commetaneis earundem universis, videlicet Nicolao filio Petri, Martino filio Nicolai, Sigismundo filio alterius Nicolai, Paulo filio Andree de eadem Ogya et aliis quampluribus inibi legitime convocatis et presentibus accedentes introduxissent iam fatas dominas relictam ac Ursulam,

filiam annotati condam Nicolai Wariu in dominium earundem statuissentque easdem eisdem premissis pignoris titulo ipsis incumbenti possidendas diebus congruis inibi perseverantes^a, nullus penitus contradicció ipsis obviasset. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes nostras privilegiales concessimus litteras pendentis, authentici sigilli nostri munimine roboratas. Datum quintodecimo die diei statucionis et introduccionis premissis anno Domini superius expresso².

^a *A kéziratban perseferantes. Az írásmód az írnok németajkúságára utalhat.*

¹ [1436.] márc. 8. ² Vö. 97. sz.

99.

1443. július 24., Buda

I. Ulászló király a magtalanul meghalt Olgyay Helmes Zsigmond olgyai és más birtokait érdemei fejében Kajali Bor Miklósnak, valamint felsorolt testvéreinek és társainak adományozza.

Hártán (35,2×18,7+5,8 cm). Szöveg alatt vörös kerekpecsét töredékei. Hátlapon levéltári jegyzetek. DL 37517. (Olgyay cs. lt.).

Commissio propria domini regis

Nos, Wladislaus, Dei gracia Hungarie, Polonie, Dalmacie, Croacie etc. rex Lythwanieque princeps supremus et heres Russie memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus incumbit, universis, quod nos attentis et digne premetitis illis fidelium serviciorum meritis et obsequiis acceptione dignis, que fidelis noster Nicolaus Bor dictus de Kayal alias condam magnifici Stephani de Rozgon, comitis Poseniensis, nunc vero magnifici Michaelis Orzag de Gwth familiaris maiestati nostre primum infamiliaritate ante lati comitis Stephani et tandem pretacti Michaelis Orzag dominorum suorum rebus et persona suis fortune casibus expositis se gratum reddere studuit et acceptum, horum intuitu possessiones et porciones possessionarias condam Sigismundi Helmes de Olgya Olgya pretactam ac quaslibet alias ubivis et in quibusvis comitatibus habitas per defectum seminis eiusdem condam Sigismundi ad manus nostras regias iuxta huius regni consuetudinem legitime — ut fertur — devolutas simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibusvis, utputa terris arabilibus cultis et incultis,

agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, rubetis, montibus, vallibus, vineis, vinearum promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, necnon molendinis et locis molendinorum et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus, quovis nomine vocitatis, sub suis veris metis et antiquis premissis sic, ut prefertur, stantibus et se habentibus, memorato Nicolao Bor et per eum Laurencio, Michaeli, Thome, Francisco et Ulrico similiter Bor, fratribus eiusdem carnalibus, ac Georgio et Valentino Fekethe¹, Gregorio de Thamashaza et Matheo filio Sandrini de Magyary ipsorumque heredibus et posteritatibus universis omni eo iure, quo nostre incumbit collacioni, dedimus, donavimus et contulimus, immo damus donamusque et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter possidendas, tenendas pariter et habendas salvo iure alieno harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum Bude, in vigilia festi Beati Iacobi apostoli anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tercio.

Commissio propria domini regis

¹ Az írnok valószínűleg itt megfeledezett a prédikátusukról, ugyanis más helyen Pósfaiként vannak feltüntetve. Ld. 100. sz.

100.

1447. július 11.

A pozsonyi káptalan előtt Királyfiai néhai István fia Miklós — fia, György, valamint testvére, Péter; továbbá Verstői (?) György fia Simon nevében is — eltiltja Kajali Bor Miklóst, Pósfai Fekete Bálintot és Györgyöt és másokat a megnevezett nagymagyari birtokrészeik elfoglalásától és használatától, valamint az országnyagokat azok eladományozásától.

Lyukas papíron (22,3×12,5 cm). Hátlapon kerek pecsét nyoma, levéltári jegyzetek. DL 37518. (Olgay cs. lt.).

Nos, capitulum ecclesie Posonie[nsis m]emorie commendamus, quod Nicolaus filius condam Stephani de Kyrallyfa nostram personaliter veniendo in presenciam su[a et Geo]rgii filii sui in personis per modum protestacionis nobis significare curavit in hunc modum, quomodo ipsi in possessione Nag[hma]gyar in comitatu Posoniensi existentis haberent quandam sessionem iobagionalem, in qua tres

iobagiones fuissent commorantes, per condam Sigismundum filium condam Helmes de Ogya pro certa pecuniarum summa ipsis impignoratam, de cuius dominio pacifico his guerrarum temporibus proxime preteritis Nicolaus Bor de Kayol ipsos minusiuste et indebite eiecisset. Que quidem sessio unacum aliis duabus sessionibus in dicta Naghmagyar existentibus eciam iure hereditario in ipsos ac Petrum filium dicti condam Stephani et Simonem filium Georgii de Wersthew legitime esset devoluta^a, quas tres sessiones dictus Nicolaus Bor teneret et uteretur eciam de presenti potencia mediante in dampnum et preiudicium ipsorum ac dictorum Petri et Simonis valdemagnum. Unde huiusmodi facta protestacione idem Nicolaus de dicta Kyralfiya nominibus, quibus supra, ac iam fatorum Petri et Simonis regiam maiestatem ac eciam dominum huius regni gubernatorem, necnon quamlibet aliam dignitatem a prefatorum sessionum donacione et collacione, dictum vero Nicolaum Bor ac Valentinum et Georgium Fekethe dictos de Poosfalwa ceterosque cuiusvis status et condicionis utriusque sexus homines ab earundem sessionum ac pertinenciarum impetracione, occupacione, detencione, usu fructuum et quarumlibet utilitatum percepcione, sibi ipsis usurpacione, appropriacione, statui faccione, perpetuacione seu quovis quesito colore alia intromissione [in] easdem quomodocumque factis vel fiendis prohibuit contradicendo et contradixit inhibendo publice et manifeste coram nobis [t]estimonio presencium mediante. Datum in festo Translacionis Beati Benedicti abbatis anno Domini millesimo quadringentesimo quadragesimo septimo.

^a *Tévesen* essent devolute.

101.

1450. május 22.

*A győri káptalan előtt néhai Előtejedei Pál fia Miklós özvegye, Katalin végrende-
kezik.*

Szélein szakadozott és lyukas, vízjeles (ökörfej) papíron (30,6×18,6 cm). Hátlapon kerek pecsét nyoma, levéltári jegyzetek. DL 37519. (Olgyay cs. lt.).

Nos, capitulum ecclesie Iauriensis memorie commendamus, quod nobilis domina Katherina vocata, relicta condam Nicolai filii Pauli de Elewteyed, filia scilicet olim Nicolai de Hydegheth, coram nobis personaliter constituta per modum testamenti confessa est viva voce in hunc modum, quod ipsa matura deliberacione

in se prehabita volensque terrena commutare in celestia et transitoria in eterna totalem porcionem suam possessionariam in possessione Hidegheth predicta ipsam pleno iure, immo nova donacione felicis recordacionis condam domini Sigismundi, imperatoris, regis Hungarie concernentem; item quatuor sessiones suas in possessione Ogya vocata existentes per ipsam sexaginta florenis auri a Paulo filio Andree de eadem Ogya emptas cum omnibus utilitatibus et pertinenciis, puta terris arabilibus, pratis, pascuis, silvis, aquis, aquarum decursibus et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum eorundem integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem spectantibus et pertinere debentibus nobili domine Margaretha vocate, [f]ilie sue, consorti scilicet Iohannis filii Ladislai de Zaaz, et per ipsam suis heredibus et posteritatibus universis; item certa clenodia argentea per Ladislaum et Petrum Fekethe de Pokatheleke pro septuaginta sex florenis auri sibi in pignore habita eidem domine Margarethe, filie sue eo modo, quod iidem Ladislaus et Petrus vel ipsorum heredes ab eadem domina Margaretha vel suis heredibus pro dicta sumpma pecunie^a redimant et redimere habeant facultatem; item quatuor bonos boves, tres equos, viginti quatuor oves, duas vaccas, novem porcos, decem sata frugum et aliarum minutarum rerum; item tredecim^b florenos auri, quibus Iohannes Panczel de Samaria; item duos florenos auri minus quartali florenos, quibus Farkasius venditor azimorum de eadem Samaria; item alios duos florenos auri, quibus Gregorius Moora de Balasethy; item quatuor florenos auri, quibus Iohannes Wegh de Felabany sibi debitores solvere obligantur, modo simili prenotate domine Margarethe, filie sue eo modo, quod anno in presenti ipsa domina Margaretha unam personam idoneam pro visitandis liminibus Beatorum Petri et Pauli apostolorum mittere insuper diem septimum et tricesimum deposicionis sui corporis non alias, nisi in ecclesia Beati Iacobi apostolici in possessione Warkon habita celebrari facere ac hospites in huiusmodi exequiis hospitare solitos^c in domo propria eiusdem domine Katharine testatricis hospitare deberet et teneretur, dedisset annotate domine Margarethe, filie sue donassetque et legasset, immo dedit, donavit et legavit coram nobis; tali condicione adiecta^d, quod si temporum in processu aliud testamentum eam facere contingeret, extunc ipsum testamentum nullius esset roboris vel momenti, sed hoc presens testamentum in suo vigore remaneret nec umquam infringere vellet, immo promisit velle non infringere harum litterarum nostrarum vigore et testimonio mediante. Datum feria sexta proxima ante festum Penthecostes anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo.

Jobb sarokban: Stephano Ag. r.

^a Tévesen pecunia. ^b A kéziratban tridecim. ^c Tévesen solitas. ^d Tévesen obiecta.

Megj.: Zsigmond király említett oklevele alatt talán az 1396. márc. 26-i diplomáját (ZsO I. 370. p. [3342. sz.]) kell érteni, de ennek biztonságos eldöntése érdekében további kutatás szükséges. E helyen ezért nem közlök külön regesztát.

102.

1450. szeptember 8.

A pozsonyi káptalan előtt Olgyay Csúnya András fia Pál bevallja, hogy a néhai Olgyay Zsigmond birtokainak felét — melyekért Kajali Bor Miklóssal és Illésházy Mihállyal pereskedik — Olgyay Péter fia Mátyásnak a vázolt feltételek mellett 21 magyar forintért eladta.

Szakadozott és csonka papíron (30×19,6 cm). Hátoldalon kerek pecsét nyoma, levéltári jegyzetek. DL 37520/1. (Olgyay cs. lt.). — **Másolata:** DL 37520/2. (Uo.).

Nos, capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendantes tenore presencium significamus, quod veniens nostri in presenciam personaliter Paulus filius Andree Czwna de Ogya vive vocis oraculo sponte et libere confessus extitit per hunc modum, quomodo ipse directam et equalem medietatem omnium porcionum possessionariarum condam Sigismundi filii condam Nicolai Helmes de eadem Ogya in et sub metis dumtaxat eiusdem possessionis Ogya existencium et habitarum, videlicet medietates fundorum curie, quas scilicet medietates infra scriptus emptor eligeret, pariter cum terris arabilibus, cultis et incultis, pratis, silvis, fenetis, arundinetis^a, piscinis, aquis aquarumque decursibus ac pecorum pascuis et generaliter quarumlibet [u]tilitatum integritatibus quibuscumque nominibus vocitatis, que nunc cum Nicolao Bor de Kayol et Michaele de Illyeshaza in lite existerent, Mathie filio Petri de eadem Ogya et per eum suis heredibus et posteritatibus universis pro viginti unum florenis auri Hungaricalibus, ut dixit, ab eodem plene habitis et receptis perpetuo et irrevocabiliter vendidissent, immo vendidit et eidem ac eisdem ad utendam, tenendam et perpetuo possidendam dedit, donavit et assignavit coram nobis; tali tamen condicione mediante, videlicet quod si easdem porciones possessionarias — nunc, ut prefertur, in lite existentes — cum laboribus et equalibus expensis ambarum parcium reoptinere poterint, extunc predictus Mathias ad arbitrium sex proborum hominum ex utraque parte eligendorum predicto Paulo super dictos viginti unum florenos auri perpetuitatem valorum dictorum porcionum possessionariarum refundere et solvere debbit et tenebitur. Si autem predictas porciones possessionarias reoptinere et rehabere non possint, extunc idem Paulus Czwna prelibato Mathie et suis heredibus pro premissis viginti unum florenis auri ... fundos curie sue

in eadem Ogya penes [in]vicem a parte possessionis Watha pariter cum triginta duobus iugeribus terrarum [arabilium ...] ad eosdem fundos curie spectantibus impignorabit, immo casu, quo supra impignoravit coram nobis, [possidendos, tenen]dos et habendos quousque de dictis viginti unum florenis auri plenam omnimodam poterit impendere satisfact[i]onem ...; assumens predict]us Paulus prelibatum Mathiam et suos heredes in dominio premissorum — aut perpetuo de prius expressatis, aut [... e]xpost declaratis — pacifice conservare et a singulis impetitoribus et causidicis ubique tueri, protegere ac defensare [debeatur propriis suis laboribus et ex]pensis harum nostrarum [vigore] et testimonio litterarum mediante. Datum in festo Nativitatis Marie virg[inis gloriose anno] Domini M^o CCCC^o qu[inqu]agesimo.

^a *Olvasd* harundinetis.

103.

[1455. március 14., Bécs]

V. László király Olgyay Péter fia Mátyásnak adományozza érdemei fejében elődei olgyai és magyarai, valamint az ugyanazon falvakban található örökös nélkül meghalt Olgyay Helmes Zsigmond birtokait.

Említése: V. László király, 1455. márc. 14. Ld. 104. sz.

104.

1455. március 14., Bécs

V. László király megparancsolja a pozsonyi káptalannak, hogy küldje ki hiteles emberét, akinek jelenlétében a kijelölt királyi emberek egyike új királyi adomány címén iktassa be néhai Olgyay Péter fiát, Mátyást elődei, valamint néhai Olgyay Zsigmond olgyai és magyarai birtokrészeinek birtokába.

Szakadozott és foltos papíron (30,4×22,6 cm). Hátlapon külzet: (*Fidelibus nostris, capitulo ecclesie Posoniensis pro Mathia filio condam Petri de Oghya introductoria et statutoria.*), káptalani feljegyzés (ld. 105. sz.), kancelláriai jegyzet: *Lecta*, töredezett zárópecsét, levéltári jegyzetek. SNA, Pozsonyi kpt. hh. lt. 4-10-5 (DF 225963.; Monast. HmBk 552.). — **Átírása:**

Pozsonyi kápt., 1733. ápr. 18. DL 37574/1, 5–9. p. (Olgyay cs. lt.), melynek másolata: DL 37574/2 (Uo.).

Ladislaus, Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. rex Austrieque et Stirie dux, necnon marchio Morauie etc. fidelibus nostris, capitulo ecclesie Poseniensis salutem et gratiam. Cum nos tum ad nonnullorum fidelium nostrorum supplicacionis instanciam pro parte fidelis nostri Mathie filii condam Petri de Oghya nostre propterea porrecte maiestati tumque pro fidelibus serviciis eiusdem Mathie per ipsum sacre regni nostri Hungarie et corone^a exposit nostre maiestati exhibitis et impensis porciones possessionarias in possessionibus Oghya predicta ac Magyer vocatis in comitatu Poseniensi existentibus habitas, in quorum pacifico dominio progenitores ipsius Mathie a dudum perstitisse ipseque persistere asseritur eciam de presenti; item alias duas porciones possessionarias in predictis possessionibus Oghya et Magyer in dicto comitatu Poseniensi existentibus habitas, que condam Sigismundi filii Nicolai de eadem Oghya prefuisse, sed eodem Sigismundo absque heredum solacio ab hac luce decedente in prefatum Mathiam, fratrem scilicet condivisionalem ipsius Sigismundi, iure successorio devolute esse perhibentur, simulcum omni iure nostro regio, si quod in prescriptis porcionibus possessionariis qualitercumque hab[ere]mus et nostram ex quibuscumque causis, modis et racionibus concerneret maiestatem aliisque cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premissis sic, ut prefertur, stantibus et se habentibus memorato Mathie filio condam Petri de Oghya ipsiusque heredibus et posteritatibus universis \vigore aliarum litterarum nostrarum donacionalium, exinde confectarum/,¹ nove nostre donacionis titulo in perpetuum contulerimus velimusque eundem in dominium earundem porcionum possessionariarum per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Fidelitati igitur firmiter precipiendo mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Andreas Laczk de Chenke, aut Urbanus de Watha, vel Vincencius de Madaraz, sin Paulus de Gyerseka, seu Blasius de Chenke, aliis absentibus homo noster ad facies dictarum porcionum possessionariarum in predictis possessionibus Oghya et Magyer existencium consequenterque iuris nostri regii in eisdem habiti vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatum Mathiam in dominium earundem et ipsius iuris nostri regii statuatque easdem et idem eidem^b premissis nostre nove donacionis titulo ipsi incumbenti perpetue possidendas, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Mathiam nostram in presenciam ad terminum competentem racionem contradiccionis eorum reddituros; et

posthec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato nobis fideliter rescribatis. Datum Wyenne, feria sexta proxima post festum Beati Gregorii pape anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto, regnorum autem nostrorum anno Hungarie etc. quintodecimo, Bohemie vero secundo.

^a Utólag pótolva. ^b Eisdem-ről javítva.

¹ Ld. 103. sz.

105.

[1455.] (május 23.–augusztus 1.)

A pozsonyi káptalan jelenti V. László királynak, hogy parancslevele értelmében kiküldte hiteles emberét, Váradi Benedek kanonokot, akinek jelenlétében Madarászi Vince királyi ember [1455.] május 23-án be akarta vezetni néhai Olgyay Péter fia Mátyást (elődei olgyai és magyarai, valamint az ugyanazon falvakban található örökös nélkül meghalt Olgyay Helmes Zsigmond birtokaiba), de ennek Olgyay Csúnya Pál és Miklós fia Jakab, Szászi György fia Miklós, továbbá Illésházy János fia Lőrinc ellentmondtak, ezért megidézte őket a király jelenléte elé Sz. Jakab apostol nyolcadára.

Tartalmi átirása: Az iktatóparancs (ld. 104. sz.) hátlapjára írt káptalani feljegyzés.

Execucio facta est feria sexta proxima ante festum Beati Urbani pape¹ per homines regium Vincencium de Madaraz, capituli magistrum Benedictum de Waradino, concanonicum nostrum; Paulus Czuna de Ogya et Iacobus filius Nicolai de eadem ac Nicolaus filius Georgii de Zaaz et Laurencius filius Iohannis de Illyeswata contradixerunt, qui evocati sunt ad octavas festi Beati Iacobi apostoli proxime venturas regiam presenciam contra Mathiam filium condam Petri de dicta Ogya racionem contradiccioni reddituros.

¹ [1455.] máj. 23.

Megj.: A *terminus post quem* az *executio* időponja, az *ante quem* pedig a kitűzött törvénykezési nyolcad.

1467. október 3., Korotna

Guti Ország Mihály nádor megparancsolja a pozsonyi káptalannak, hogy küldje ki hiteles emberét, akinek jelenlétében az egyik nádori ember iktassa be Bélyvatai Dominik fia Miklós fia András fiait, Györgyöt és Mátyást őket zálogjogon megillető néhai Olgay Csúnya Pál fia András olgyai birtokrészének és Egyházfővénye nevű sziget birtokába.

Foltos papíron (22×14,2 cm). Hátlapon külzet (*Amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Posoniensis pro Georgio et Mathia de Belwatha introductoria et statutoria.*), kerek zárópecsét töredékei, levéltári jegyzetek. SNA, Pozsonyi kápt. hh. lt. 4-10-7 (DF-ben nincs; Monast. HmBk 554.). — **Átírása (Á):** 1. Pozsonyi kápt., 1467. okt. 15. DL 107583 (Csánki Dezső gyűjtemény). Ld. **107.** sz. **2.** Ua., 1467. okt. 29. SNA, Pozsonyi kápt. hh. lt. 4-10-7A (DF 225965.; Monast. HmBk 555.). — **Másolata:** DL 37522. (Olgay cs. lt), Á1 alapján. — **Említése:** Pozsonyi kápt., 1467. okt. 15. DL 37523 (Uo.). Ld. **108.** sz.

Amicis suis reverendis, capitulo ecclesie Posoniensis Michael Orzag de Gwth, regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum amicicium paratam cum honore. Dicitur nobis in personis Georgii et Mathie filiorum Andree filii Nicolai ^afilii Dominici^a de Belwatha, quomodo ipsi in dominium totalium porcionum possessionariarum Andree filii condam Pauli Chwna de Ogya in eadem Ogya et insula^b Eghazafewenye^c vocata^d in comitatu Posoniensi existentibus habitarum ipsos titulo pignoris concernencium legitime vellent introire. Super quo vestram amicicium presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Egidius de Kysleg, vel Petrus filius Pauli de eadem, aut Martinus de Kondorus^e, sin Michael Bely de Magyar, aliis absentibus homo noster ad facies prefatarum possessionis Ogya et insule Eghazafewenye^f vocatarum consequenterque porcionum possessionariarum in dicta possessione Ogya habitarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat eosdem statuatque easdem eisdem simulcum cunctis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premissis iure impignoratio ipsis incumbenti possidendas, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, evocet eosdem \contra annotatos/ nostram in presenciam ad terminum competentem rationem contradiccioni eorum reddituros; et posthec huiusmodi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato nobis amicabiliter rescribatis. Datum in Korothna, sabbato proximo ante festum Bea-

ti Francisci confessoris anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

^{a-a} *Á1 és Á2-ben hiányzik.* ^b *Tévesen insule.* ^c *Eghazafewenye-ről javítva.* ^d *Tévesen vocatarum. Á2-ben hiányzik.* ^e *Á1 és Á2-ben Kondoros.* ^f *Á1-ben Eghazasfewenye.*

Hátlapon a káptalan feljegyzése: Execucio facta sabbato ante Galli; homo regius Petrus de Leg, capituli dominus Paulus, archidiaconus; Michael filius Mathie et Mathias Czege de Ogya contradixerunt et evocavit ad octavas Epiphaniarum Domini. *Ld. 107. és 108. sz.*

107.

1467. október 15.

A pozsonyi káptalan jelenti Guti Ország Mihály nádornak, hogy parancslevele értelmében kiküldte hiteles emberét, Pál magyar esperest és plébánost, akinek jelenlétében Kislégi Pál fia Péter nádori ember be akarta iktatni néhai Bélvatai András fiait, Györgyöt és Mátyást (az őket zálogjogon megillető néhai Olgyay Csúnya Pál fia András) olgyai birtokrészének és Egyházasfövény nevű sziget birtokába, de Olgyay Mátyás fia Mihály és Csege Mátyás ennek ellentmondtak, ezért megidézte őket a nádor elé vízkereszt nyolcadára.

Lyukas és foltos papíron (30,3×18,6 cm). Hátlapon külzet (*Magnifico domino Michaeli Orzag de Gwth, regni Hungarie palatino et iudici Comanorum pro Georgio et Mathia filiis condam Andree de Belwatha contra Michaelem filium Mathie et Mathiam Czege de Ogya ad octavas festi Epiphaniarum Domini nunc venturas evocacionis relacio.*), töredezett kerek zárópecsét, levéltári jegyzetek. DL 107583. (Csánki Dezső gyűjtemény). — **Másolata:** DL 37522. (Olgyay cs. lt.).

Magnifico domino, domino Michaeli Orzag de Gwth, regni Hungarie palatino et iudici Comanorum capitulum ecclesie Posoniensis amicicium paratam cum honore. Vestra noverit magnificencia nos litteras vestras introductorias et statutorias secreto sigillo vestro consignatas nobis amicabiliter loquentes honore, quo decuit, recepisse in hec verba: *Következik Guti Ország Mihály nádor 1467. okt. 3-i parancslevele (ld. 106. sz.).* Nos igitur petitionibus vestris amicabiliter sa[tisfa]cere cupientes unacum prenominato Petro filio Pauli de dicta Kysleg, homine scilicet vestro, nostrum hominem, scilicet honorabilem virum dominum Paulum,

vice[a]rchidiaconum, plebanum de Magyar nostro pro testimonio ad premissa conscienciose peragenda fidedignum duximus destinandum. Qui tandem ad nos exinde reversi nobis pari voce retulerunt, quomodo ipsi sabbato proximo ante festum Beati Galli confessoris novissime preteritum¹ ad facies prefatarum^a possessionis Ogya et insule Eghazfewenye vocatarum consequenterque porcionum possessionariarum in dicta possessione Ogya habitarum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedendo^b et dum idem homo vester presente eodem nostro testimonio pretactos Georgium et Mathiam filios condam Andree de dicta Belwatha introducere et easdem eisdem statuere voluisset, tunc Michael filius Mathie et Mathias Czege dictus de eadem Ogya ipsis contradiccionis velamine obviasset^c. Ob quam contradiccionis inhibicionem pretactus homo vester coram dicto nostro testimonio ibidem in facie possessionis Ogya eosdem Michaelem et Mathiam de eadem Ogya contra prenomatos Georgium et Mathiam filios <Andree> de Belwatha ad octavas festi Epiphaniarum Domini nunc venturas in vestram evocasset presenciam rationem contradiccionis eorundem reddituros. Datum sexto die diei evocacionis ante dicte anno Domini M^o quadringentesimo sexagesimo septimo supra scripto.

Contradictores remiserunt

^a *Utána porcionis kihúzva.* ^b *Helyesebben accessissent.* ^c *Helyesebben obviassent.*

¹ [1467.] okt. 10.

108.

Ua. mint 107. sz.

Két darabra szakadt papíron (29,3×10,4 cm). Hátlapon külzet: (*[M]agnifico domino Michaeli [Orzag] de Gwth, regni [Hun]garie palatino et iudici [Comanorum] pro Michaele filio Mathie et Mathia Czege de Ogya c[on]tra Georgium et Mathiam filios condam Andree de Belwatha ad octavas festi [Epipha]niarum Domini nunc venturas evocacionis relacio.*), kerek zárópecsét töredékei, levéltári jegyzetek. DL 37523/1. (Olgay cs. lt.). — **Másolata:** DL 37523/2. (Uo.).

Magnifico domino, domino Michaeli Orzag de Gwth, regni Hungarie palatino et [iudex Comanorum] capitulum ecclesie Psoniensis, amici[ci]am paratam cum honore. Vestra noverit magnificencia nos litteras vestras introductorias et statutorias¹ secreto [si]gillo vestro consignatas nobis amicabiliter loquentes

honore, quo decuit, recepisse et cum nos iuxta earundem continenciam unacum Petro filio Pauli de Kysleg, homine scilicet vestro — inter alios homines vestros in dictis litteris vestris nominatim conscriptos specificato — nostrum hominem, vicelicet honorabilem dominum Pau[1]um, vicearchidiaconum, plebanum de Magyar nostro pro testimonio fidedignum duxissemus destinandum, tandem iidem ad nos exinde reversi nobis consona voce retulerunt, quomodo ipsi sabbato proximo ante festum Beati Galli confessoris novissime preteritum² ad facies possessionis Ogya et insule Eghazasfewenye vocatarum consequenterque porcionum possessionariarum condam Andree filii Pauli Chwna in eadem possessione Ogya habitaram vicinis et commetaneis earundem univer[is i]nibi legitime convocatis et presentibus accessissent et dum dictus homo vester presente eodem nostro testimonio Georgium et Mathiam filios condam Andree [de] Belwatha introducere et easdem eisdem statuere voluisset, tunc Michael filius Mathie et Mathias Czege dictus [d]e eadem Ogya ipsis contradicioni[s vela]mine obviasset^a. Ob quam contradiccionis inhibicionem pretactus homo vester presente nostro testimonio ibidem in facie possessionis eosdem Michaelem et Mathiam C[ze]ge de eadem Ogya contra prenomatos Georgium et Mathiam de prefata Belwatha ad octavas festi Epiphaniarum Domini nunc venturas in vestram evocasset presenciam rationem contradiccionis eorundem reddituros. Datum sexto die diei^b evocacionis predictae anno Domini millesimo quadragintesimo sexagesimo septimo.

^a *Helyesebben* obviassent. ^b *Tévesen* die.

¹ *Ld. 106. sz.* ² [1467.] *okt. 10.*

Megj.: Ez és a 107. sz. oklevél lényegében annyiban különbözik egymástól, hogy ez az oklevél csak említi az iktatóparancsot, de szövegét nem írja át. Megjegyzendő, hogy a káptalan okt. 29-én megismételte a jelentést, ugyanis időközben Olgyay Mihály és Csege Mátyás visszavonták tiltakozásukat (erre utal az 107. sz. oklevél szövege alatti *contradictores remiserunt* feljegyzés). Az új jelentésben tehát már azt olvassuk, hogy a Kislégi Pál ellentmondás nélkül bevezette Bélvatai Györgyöt és Mátyást a kérdéses birtokrészébe (SNA, Pozsonyi kápt. hh. It. 4-10-7a. DF 225965.; Monast. HmBk 555.). Ez az oklevél az Olgyay család levéltárában semmilyen formában nem lelhető fel, ezért e forráskiadásban nem közlöm.

1467. november 9.

Alsólendvai Miklós pozsonyi ispán tudatja, hogy a magtalanul meghalt Olgyay Csúnya Pál birtokait, melyeket Pozsony megye lefoglalt, a megnevezett Olgyay nemeseknek adja, miután IV. László és III. András királyok privilégiumaival igazolni tudták a birtokokhoz való jogukat és Csúnya Pállal való rokonságukat.

Hártyán (32,5×18,6+7,4 cm). Függőpecsétje zsinórostul elveszett. Hátlapon levéltári jegyzetek. DL 37524/1. (Olgyay cs. lt.). — **Másolata:** 1-4. DL 37524/2-5. (Uo.). — **Kiadása:** HOklt. 430–431. p. (363. sz.).

Nos, Nicolaus filius condam Bani de Alsolyndva, comes comitatus Poseniensis etc. memorie commendamus tenore presencium significantes universis, quibus expedit, quod quamvis nos pridem quasdam possessiones et porciones possessionarias condam Pauli Chwna dicti de Ogya, hominis absque heredibus decessi in eadem Ogya et alias ubivis in dicto comitatu Poseniensi ipsum concernentes habitas et existentes nomine iuris regii occupaverimus, tamen quia infra scripti nobiles, videlicet Mathias, Martinus et Iacobus filii Nicolai, necnon Michael, Andreas, Iohannes et Augustinus filii Mathie, item Colomannus et Michael filii alterius Mathie, necnon Nicolaus, Emericus et Paulus filii Martini de dicta Ogya, ipsius condam Pauli Chwna generacionis homines ac legitimi successores nostram adeuntes in presenciam exhibuerunt nobis et presentaverunt quoddam privilegium olim Andree, regis Hungarie¹ ratihabicionem ac confirmacionem alterius privilegii olim Ladislai,² similiter regis Hungarie in se continens, cuius quidem privilegii tenoribus et continenciis visis ac intellectis unacum iudicibus nobilium ceterisque nobilibus eiusdem comitatus ante fatos Mathiam, Martinum ac Iacobum, necnon Michaelem, Andream, Iohannem et Augustinum, Colomannum, Michaelem, item Nicolaum, Emericum et Paulum, nobiles de iam dicta Ogya, eiusdem scilicet condam Pauli Chwna — ut prefertur — hominis sine heredibus decessi, suarumque possessionum et porcionum possessionariarum quarumlibet et ubique existencium veros generacionis homines legitimosque successores fore et esse agnovimus, pro eo nos vigore dicti privilegii et generacionis propagacione easdem possessiones et porciones possessionarias dicti condam Pauli Chwna appellati ex eo, quia eodem — ut premissum est — non ius regium concernere, sed in pretactos Mathiam, Martinum, Iacobum et Michaelem ac alios supra scriptos iure successorio devolvi et redundari debere videbantur, easdem eisdem et eorum heredibus ac successoribus universis de manibus nostris rursus et

denuo resignavimus et remisimus, immo resignamus et remittimus iure perpetuo tenendas, possidendas et habendas salvis iuribus alienis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes eisdem concessimus litteras sigilli nostri pendentis munimine roboratas. Datum feria secunda proxima ante festum Beati Martini confessoris, die videlicet sedis nostre iudicarie, anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo septimo.

¹ Ld. 5. sz. ² Ld. 11. sz.

110.

1468. február 26.

A pozsonyi káptalan előtt Lucia, Csatédi Nagy Miklós felesége, néhai Olgay Csúnya András és Gútori Erzsébet lánya bevallja, hogy Olgay Miklós fiait, Mátyást, Mártont és Jakobot, valamint másik Mátyás fiait, Mihályt, Andrást és Ágostont anyja leánynegyede, hozománya és jegyajándéka ügyében felszabadítja kötelességeik alól.

Hártyán (29,2×12,8 cm). Hátlapon kerek pecsét töredékei, levéltári jegyzetek. DL 37525/1. (Olgay cs. lt.). — **Másolata: 1-2.** DL 37525/1-2. (Uo.).

Nos, capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus, quod nobilis domina Lucia conthoralis Nicolai Magni de Chated, filia vero condam Andree Chwna de Ogya, ex condam Elizabeth de Gwthor progenita coram nobis personaliter constituta vive vocis oraculo sponte et libere confessa extitit per hunc modum, quomodo ipsa Mathiam, Martinum et Iacobum filios Nicolai, item Michaelem, Andream et Augustinum filios alterius Mathie de dicta Ogya ipsorumque heredes et posteritates de et super quartaliciis puellaribus suis ac dotibus et rebus paraffernalibus dicte condam domine Elizabeth, matris sue ipsas de porcionibus possessionariis dicti condam Andree Chwna — tam in eadem possessione Ogya, quam alias in insulis \ac/ ubilibet habitis et existentibus, de et super quibus inter ipsam et alios prenomatos in sede spirituali Strigoniensi litis materia fuisset mota et practicata — iuxta regni laudabilem consuetudinem concernentibus et contingentibus quitto dimisisset et absolutos ac per omnia satisfactos et expeditos, immo dicta domina Lucia quitto reddidit et absolutos atque per omnia satisfactos coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum

secundo die festi Beati Mathie apostoli anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo.

111.

1468. március 7.

A pozsonyi káptalan előtt néhai (Bél)vatai András fiai György és Mátyás bevallják, hogy Olgyay Miklós fiait, Mátyást, Mártont és Jakabot, valamint másik Mátyás fiait, Andrást és Ágostont néhai édestestvérük, Skolasztika, néhai Olgyay Csúnya Pál özvegyének hozománya és jegyajándéka ügyében felszabadítják kötelességeik alól.

Hártán (27,4×9,9 cm). Hátlapon kerek pecsét töredékei, levéltári jegyzetek. DL 37526. (Olgyay cs. lt.).

Nos, capitulum ecclesie Posoniensis memorie commendamus, quod Georgius et Mathias filii condam Andree de Watha onera et gravamina omnium heredum et fratrum et sororum suorum in infra scriptis super se recipientes coram nobis personaliter constituti vive vocis oraculo sponte et libere confessi sunt per hunc modum, quomodo ipsi Mathiam, Martinum et Iacobum filios Nicolai de Ogya et Michaellem, Andream ac Augustinum filios alterius Mathie de eadem Ogya ipsorumque heredes et posteritates de et super dotibus ac rebus paraffernalibus condam nobilis domine Scolastice, sororis ipsorum carnalis, relicte scilicet condam Pauli Chwna de dicta Ogya, ipsam de cunctis porcionibus possessionariis eiusdem condam Pauli Chwna — ut prefertur — olim domini et mariti sui, concernentibus, quittos dimisissent et absolutos atque per omnia satisfactos et expeditos, immo dicti Georgius et Mathias quittos reddiderunt et expeditos coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Datum feria secunda proxima post dominicam Invocavit anno Domini millesimo quadringentesimo sexagesimo octavo.